

grandi ad ludum. et quod fraudulenter ab eo lu-
cretur. Et in his calibus tenetur ad restitu-
tionem. et sic de eo non potest de mofynaz fa-
cere. Aliud autem videtur esse vterius illi-
tum ex iure positio civilis. quod prohibet
vniuersaliter tale lucrum. sed quia ius cui-
le non obligat omnes sed eos solus qui sunt
his legibus subiecti. et iterum per disuer-
diem abrogari potest. ideo apud illos qui sunt
huiusmodi legibus astricti. tenetur vniuer-
saliter ad restitutionem qui lucratur. nisi for-
te contraria consuetudo prevaleat. aut ni-
si aliquis lucratus sit ab eo qui traxit eum
ad ludum. In quo casu non tenetur restituere.
quia ille qui amittit non est dignus recipere.
nec potest licite retinere tali iuri positio du-
rant. Unde oportet hoc de mofynaz facere
in hoc casu

In dominica .x. est

euangelium. In illo tempore. Cum appropinqua-
ret Iesus. et Iuce. xii. Possunt de disputa-
ri questiones. Prima. Christus per sacram
scripturam potest ostendi quod aduentus mes-
sie. id est. christi in carnem advenit. Se-
cundo. An in iudei tempus visitationis sue
id est. aduentus christi cognoverunt. Ter-
tio. An symon iacobus vendentes quos emen-
tes spiritualia per galibus sint ab ecclesia expel-
lendi.

Primum quod

nam sic procedit. Et videtur quod non
possit per scripturam sanctam ostendi
quod aduentus messie. id est. christi in carnem
advenit. Primo sic. ex illo Esai. ii. ubi
loquitur de tempore aduentus christi. ubi
dicitur. Erunt in novissimis diebus prepara-
tus mons domini in vertice montium. et ele-
vabitur super omnes colles. et fluent ad eum
omnes gentes. Et sequitur. Conflabunt gla-
dios suos in vomeres. et lanceas suas in fal-
ces. Non levabit gens contra gentem gladi-
um. nec ererent bellum ultra ad bellum. Et his
arguitur multipliciter. Primo ex eo quod
dicitur. quod hoc erit in novissimis diebus. quia

iesus christus non fuit in novissimis diebus.
quia post natiuitatem eius et morte multa se-
cula fluxerunt. ergo videtur quod ipse non fuit
vere christus cuius aduentus promittitur
in novissimis diebus. Secundo arguitur
ex illo quod subdit. quod mons domini erit in
vertice montium. mons enim ille dicitur mons si-
on. ubi fuit templum. sed mons ille non est ali-
quo eleuatus. ergo aduentus non venit christus.

Tertio arguitur ex eo quod subdit. Fluit
ad eum omnes gentes. quia non omnes cre-
dunt in iesum nazarenum. Quarto arguitur
ex eo quod sequitur. Non levabit gens con-
tra gentem gladium. quia post natiuitatem
iesu christi non cessarunt bella per orbem. ut
patet. nec cessant. ergo videtur quod aduentus
veri messie. scilicet christi non datus venit. Secundo
principaliter arguitur sic. Dicit Esai. xii. Et gre-
diatur virga de radice iesse. ubi scriptura lo-
quitur de aduentu christi. sequitur. ibidem
Habebit lupus cum agno. et pardus cum
beo accubabit. et sequitur. ibidem. Delecta-
bitur infans ab ubere super foamina aspe-
dis. et in caverna reguli qui ablatum su-
erit manum suam muret. sed aduentus non videtur
mus agnos cum lupis pacifice habitare.
nec pueros delectabiliter cum serpente. lau-
dere. ergo non fuit tempus adimpletus ve-
ri christi. Tertio sic. Dicit Hieremie. xxviii.
Ecce dies venient dicit dominus. et suscitabo
dauid germen iustum. Et sequitur. In
diebus illis saluabitur iuda. et israel habitabit
confidenter. sed post aduentum iesu iudei se-
pserunt in periculo. et in pauore. ergo videtur
quod tempus veri christi nondum venit. In
oppositum arguitur ex presenti euangelio. ubi chris-
tus redarguit iudeos quod non cognoverunt
tempus visitationis eius. scilicet aduentus
sui qui fuit aduentus veri christi promissus.

Respondeo dicendum. quod per sacram scriptu-
ram potest ostendi manifeste quod aduentus
veri christi qui fuit iesus nazarenus ias ad-
venit. sive christus iam venisse. Ita conclu-
sio probatur multipliciter. Primo sic. ex
illo Esai. xlii. ubi Jacob patriarcha propheta
tauit dicens. Non auferetur sceptrum de
iuda. et turris de monte eius donec veniat

mittendus est. et ipse erit expectatio gentium.
sed notorium est. quod quando christus fuit na-
tus sceptrum fuit ablatum de femore iude. unde
de tunc sub cesare regnabat herodes alieni-
gena natione in iudea. ut patet. ergo ab illo
tempore venit christus. Et confirmatur per
translationem caldaicam. quia ubi hierony-
mus translulit. donec veniat qui mundus
est. caldaica translato habet. donec veniat
messias. et sic patet quod auctoritas predicta si-
potest intelligi de aliquo alio quam de christo.
In quo possunt confutari multe cavillationes
iudeorum. Secundo probatur pre-
dicta conclusio ex illo Esai. xlii. ubi an-
gelus gabriel instruit eum de aduentu chris-
ti dicens. Septuaginta hebdomade abbe-
uiate sunt super populum et super urbem tuam
sanctam. ut consumetur preuarica-
tio et finem accipiat peccatum. et deleatur
iniquitas. et adducatur iusticia sempiterna.
na. et impleatur visio et propheta. et vnga-
tur sanctus sanctorum. Quod vero accipiat ibi
hebdomadas annorum. patet in principio ca-
pituli. et ita intelligunt omnes doctores. scilicet
iste hebdomade. scilicet. que faciunt. quadringentos
et sex annos sunt preterite. ergo tempus
aduentus christi iam longe preterit.

Tertio probatur conclusio sic. Quando
scriptura sacra denunciat aliquod futurum
et determinat tempus et locum et modum
et scilicet omnia ista concurrunt in vnum
manifeste patet quod illud quod fuerat pre-
dictum est impletum. Sacra autem scriptura
predixit aduentum christi. ut patet in mul-
tis locis. determinavit etiam tempus veni-
endi. videlicet quando fuerit translatio re-
gni. supra Esai. xlii. Non auferet sceptrum
de iuda. et similiter locum nascendi. Esai. xlii.
Et tu bethleem effrata. et similiter mo-
dum vivendi. scilicet quod christus in pauper-
tate viveret. Zacharie. iii. Ecce rex tuus ve-
nit iustus et saluator et ipse pauper. Simi-
liter determinat sacra scriptura modum mo-
nendi. quia scilicet in humilitate et patientia
et precipius christi. et in crudelitate ma-
tima ex parte occidentium ipsum. ut babe-
tur Esai. liii. Sicut ovis ad occisiones du-

ctur. Sed hec omnia manifeste sunt imple-
ta in iesu nazareno. ergo rationabiliter con-
cluditur quod ipse fuerit verus christus. Et
rationes in oppositum. Ad primam de auto-
ritate Esai. respondeatur negando consequentiam
in omnibus partibus augmentatis eius.
Ad id quod ait de novissimis diebus. dicitur
m. nihil valere. quia novissimi dies ubi di-
cuntur dies messie sive christi. et aliquando
dicuntur tempora etiam christum preceden-
tia. sicut illud Genes. xlii. ubi patriarcha Ja-
cob dixit filiis suis. Congregamini in eum
quem vobis que futura sunt in diebus novis-
simis. Et ibidem consequenter denunciat
non solum de aduentu christi sed etiam de
mulis que adimpleta sunt a tempore regni
erudicum. ut patet litteram intuenti. Ad
rationem sumptam de elevatione montis.
respondetur. quod est vanitas hoc quia elevatio ta-
lis non est intelligenda secundum motum localem
ut intelligunt iudei. sed secundum nobilitatem et
appreciationem. que tunc facta sunt quan-
do christus ipsum templum miraculis et do-
ctrina multipliciter super omnia alia loca
nobilitavit et exaltauit. Ad rationem sum-
ptam ex hoc. Desistent omnes gentes. et si-
detur quod ibi distributo est accommodata per
generibus singulorum non pro singulis ge-
nerum. sicut dicitur quod omne animal fuit in ar-
ca noe. quia de singulis generibus anima-
lum fuerunt ibi aliqua individua. Et simi-
liter de omnibus generibus sive de iudeis si-
ne de gentibus confluerunt ad christum
credentes in ipsum. et ita illud adimpletus
est. Ad rationem sumptam ex illo. Non
levabit gens contra gentem. respondetur.
quod illud dictum est. quia circa tempus chris-
ti fuit pax diuturna in orbe. et maxime in
iudea. quod patet ex eo quod imminente nati-
uitate christi placatis omnibus regnis et
sub imperio romano redactis preceptum
fuit a cesare Augusto ut describeretur vni-
uersus orbis. et ab illo tempore usque ad quar-
tum annum post passionem christi. quan-
do ceperunt iudei rebellare romanis non
leguntur aliqua nobilia bella fuisse in iu-
dea. nec iudeos violos fuisse armis que terra